

Benedictus PP. XVII

Ecclesia Catholica quandoquidem ad veritatem testificandam vocatur, saeculorum decursu, Studiorum Universitates Facultatesque Ecclesiasticas provelere consuevit, ab Apostolica Sede conditas comprobatasve, ad quos, sui gravis officii conscientia quod inde oritur, peculiarem curam contulit.

Quapropter inceptis quibusdam et inter nationes portionibus de altioris ordinis institutionibus consentire non ipsa dubitavit, in quibus nuper actus "Bononiensis Processus", ut aiunt, recensetur, qui secum fert procurationes quasdam condendas, ut academicarum Institutorum qualitas aestimetur et promoveatur.

Itaque postulationem, quam die VI mensis Augusti anno MMVII exhibuit Venerabilis Frater Noster Zenon S.R.E. Cardinalis Grochowski, Congregationis de Institutione Catholica Praefectus, libenter admittentes, hoc ipso Chirographo personam iuridicam canonicae publicam et personam iuridicam civilem Vaticanam, sicut Institutionem cum Sancta Sede coniunctam, ad normam artt. 186 et 190-191 Constitutionis Apostolicae "Pastor Bonus", Procurationem Sanctae Sedis ad aestimandam et promovendam Qualitatem Studiorum Universitatum et Facultatum Ecclesiasticarum (quae Aedpro compendiatis litteris significatur) condimus eiusdemque

Statutum comprobamus.

Exoptamus denique ut haec nova Institutio nonnihil ad qualitatem provehendam vestigandi doctrinamque tradendi in academicâ provincia ecclesiastica conferre possit.

Ex Aedibus Vaticanis, die XIX mensis Septembris, anno MMVII, Pontificatus Nostri tertio.

Benedictus II. p.